

*Manasse rex Juda effudit sanguinem innocuum, & impieavit Jerusalem contra innocentem. a. Reg. 16.*  
Denique cum reverfus esset Sennacherib fugiens a Juda plagam, quam circa eum locerat  
Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos *Judaeos occidit. Eccl. 1. 11.*

Tantulus metus provincialis illis incubit (*de Heliolem*) ut univerfarum urbium habitatores  
principes, & honorati simul cum populis, exirent obviam venienti, excipientes eam cum coro-  
natis & lampadibus: ducentas choros in tympanis & tibis. Nec ista tantum facientes, terro-  
rism ejus peccatis mitigare poterunt. *Judith. 3. 9.*

*Mira credidit fuit, non Nabuchodonosor rex Babilonis fuit socius Davidis in Jerusalem ignis vidit.*  
*Dan. 3. 19.*

*Nimiam crudelitatem in Eleazarum illi respondit Antiocha missi excruciant, & similitur in illos  
system fratres & verum marum. 3. Mich. 6. 29. & 7. 1.*

Tunc Herodes videns quoniam illudus esset a Magis, iratus est valde, & mittens occidit  
omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, a bimata & infra,  
&c. *Matth. 2. 16.*

Mist Herodes rex (*Agrifia*) manus, ut affigere quosdam de Ecclesia. Occidit autem Ja-  
cobum, fratrem Joannis magis gladio. Videns autem quia placeret Judaeis, apposuit ut apprehen-  
deret & Petrum. *Act. 12. 1.*

## V

## TITULUS I

## Va.

*Va. va, quibus & quam ab causam inferniatur Scriptura Sacra.*

**V**A tibi Moab, perilli popul: Chamos. Dedit filios ejus in fugam, & filias in captiva-  
tem regi Amorrhæarum Seon. *Num. 21. 29.*

Melius est ergo duos esse simul, quam unum: habent enim emolumentum societatis suæ: si  
unus ceciderit, ab altero suscitatur, væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se.  
*Ecclesi. 4. 9.*

Væ tibi terra, cujus rex puer est, & cujus principes mane comedant. *Ibid. 10. 16.*

Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, femini nequam, filii sceleratis: derelique-  
runt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, ablatiati sunt retrorsum. *Ibid. 1. 4.* Propter  
hoc ait Dominus Deus exercituum, fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis, & vici-  
dicabor de inimicis meis. *v. 24.*

Agnitio vultus eorum respondebit eis: & peccatum suum quasi Sodomæ prædicaverunt, nec  
absconderunt: væ anime eorum, quoniam reddita sunt eis mala. *Ibid. 3. 9.* Væ impio in ma-  
lum: retributio enim manuum ejus fiet illi. *v. 11.*

Væ qui conjugatis domum ad domum, & agrum agro copularis, usque ad terminum loci.  
Numquid habitabit vos soli in medio terræ. *Ibid. 5. 8.* Væ qui trahitis iniquitatem in lani-  
culis vanitatis, & quasi vinculum plausit peccatum, &c. *v. 18.*

Et dixi: Væ mihi Isaiæ quia tacuit, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi  
polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis, &c.  
*Ibid. 6. 7.*

Væ qui condant leges iniquas: & scribentes, injustitiam scripserunt: ut opprimerent in  
iudicio pauperes, & vim facerent caudæ humilium populi mei: ut essent viduæ præda eorum,  
& pupillo diriperent. *Ibid. 10. 1.*

Væ multitudini populorum multorum, ut multitudine maris sonantis: & cumulus carbarum,  
sicut fontis aquarum multarum. *Ibid. 17. 12.*

Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans fluminem Æthiopiæ (*ad versus Ægyptos qui pullos erant  
Judæos ad custodiendum in ipse*) *Ibid. 18. 1. cap. 22. 15.*

Væ coronæ superbie, ebriis Ephraim, & stori decedenti, gloriæ exultationis ejus, qui erant  
in vertice vallis pinguis, errantes a vino. *Ibid. 28. 3.*

Væ tibi Ariel (*Jerusalem*) civitas, quam expugnavit David: additus est annus ad an-  
num: sollemnitates evolutes sunt. *Ibid. 29. 1.*

Væ filii delatores, dicit Dominus, ut secretis consilium, & non ex me: & ordirentur  
mi telam, & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum. *Ibid. 30. 1. Cap. 31. 1.*

Væ qui prædatis, nonne & ipse prælaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum  
consummaveris depraedationem, depraedaberis: cum satigatus delictis contemneris, contem-  
neris. *Ibid. 33. 1.*

Væ qui contradicit factori suo, testa de famis terræ: numquid dicit latum figulo suo, Quid  
facis? & opus tuum abque manibus est? Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri: Quid  
parturis? &c. *Ibid. 45. 9.*

Vocem

Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias ut puerperæ: vox filia Sion intermoran-  
tis, expandentique manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.  
*Jerem. 4. 31.*

Adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abomi-  
nationes tuas. Væ tibi Jerusalem, non mundaberis post me usquequo adhuc? *Ibid. 13. 27.*

Væ qui edificat domum suam in injustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum  
opprimet frustra, & mercedem ejus non reddet ei. *Ibid. 27. 12.*

Væ pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. *Ibid. 23. 1.*  
Dixisti, & Væ misero, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu  
meo, & requiem non inveni. *Ibid. 45. 3. cap. 48. 1.*

Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu  
ad omnes abominationes malorum domus Israel: quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.  
*Ezech. 6. 11.*

Hæc dicit Dominus Deus: Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, &  
nihil vident. *Ibid. 13. 3.* Væ quæ conluunt palvillo sub omni cubito manus: & faciunt cer-  
vicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei,  
vivificabant animas eorum. *v. 18.*

Et accidit post omnem malitiam tuam (væ væ tibi, ait Dominus Deus) & edificasti tibi  
lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, &c. *Ibid. 16. 23.*

Fili hominis, propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ululate, væ, væ diei, quia jux-  
ta est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis: tempus Gentium erit. *Ibid. 30. 2.*

Væ pastoribus Israel, qui pascabant semetipsos: nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac  
comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum  
non pascabatis. *Ibid. 34. 2.*

Væ eis (*israelitis*) quoniam recesserunt a me: vastabantur, quia prævaricati sunt in me: &  
ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia. *Osæ 7. 13.*

A, A, diei, quia prope est dies Domini, & quasi vastitas a potente veniet. *Joel. 1. 15.*  
Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & non  
lux. *Amos 5. 18.*

Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populo-  
rum, ingredientiens pompatice domum Israel. *Ibid. 6. 1.*

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt  
illud, quoniam contra Deum est manus eorum. *Mich. 2. 1.*

Væ civitas sanguinum, universæ mendacii dilaceratione plena: non recedet a te traspina,  
*Nabum 3. 1.*

Væ ei, qui multiplicat non sua, usquequo & aggravat contra se densum lutum? Numquid  
non repente confluent qui mordeant te: & sulcitantur lacerantes te, & eris in rapinam  
eis? *Habac. 2. 6.* Væ qui congregat auritiam malam domui suæ, ut sit in excessu nidus ejus,  
& liberari se putat de manu mali. *v. 9.* Væ qui edificat civitatem in sanguinibus, & præ-  
parat urbem in iniquitate. &c. *v. 12. Ezech. 24. 9.*

Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum Domini super vos Chanam  
terra Philistinorum, & disperdam te, &c. *Isa. 23. 5.*

Væ provocatrix, & redempta civitas, columba. Non audivit vocem, & non suscepit disci-  
plinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquavit. *Ibid. 3. 1.*

Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis: in  
die iudicii visitabit illos, *Judith. 16. 20.*

Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram in-  
gredienti dabus viis. *Ecclesi. 2. 14.*

Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non proteguntur ab eo. Væ his, qui  
perdiderunt sustinentiam, &c. &c. *Ibid. 2. 15.*

Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini altissimi. *Ibid. 41. 11.*

Væ tibi Gorozaïn, væ tibi Bethsaida: quia, si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes,  
quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinete positentiam egissent. *Matth. 11. 21. Item  
verbaliter habetur Luc. 10. 13.*

Væ mundo a scandalis. Necessè est enim ut veniant scandala, verumtamen væ homini illi,  
per quem scandalum venit. *Ibid. 18. 7.*

*Multiplex væ scribis & pharisæ super calcædam Moysi sedentibus ab hypocritis, & reliquis suis in-  
iquitates interminatur, prædicat eos patrum suorum mensuras in infirmam persecutionibus impetores, ac  
Jerusalem dixerunt. Ibid. 23.*

Verumtamen væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis, qui saturati  
estis: quia esurietis: Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis, &c. *Luc. 6. 24.*  
Sed væ vobis Phariseis, quia decimatis mentham & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium,  
& caritatem Dei: hæc enim oportuit facere, & illa non omittere. *Ibid. 11. 42.*

Impof-



Impossibile est ut non veniant scandala; vñ autem illi, per quem veniunt. *Luc. 17. 1*  
 Vñ enim mihi est, si non evangelizavero. *1. Cor. 9. 16*  
 Vñ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. *Juda. v. 11*  
 Vñ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. *Apost. 12. 21. Cap. 8. 13. Cap. 9. 12. Cap. 11. 14. Cap. 12. 12*  
 Vñ, vñ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis: quoniam una hora venit iudicium tuum. *Ibid. 18. 10. Vñ vñ civitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis, &c. v. 16*

## TITULUS II.

Validatio.

Validationis ritus.

**P**arentes & cognati Rebecca abiturienti omnia bona ad precantur. *Gen. 24. 59*  
*Vñ Isaac Jacobo profectu in Syriam benedicit. Ibid. 28. 1*  
 Laban vero de nocte confurgens, osculatus est filios & filias suas. (profoscentes) & benedixit illis: reverfusque est in locum suum. *Ibid. 31. 55*  
 Et dixit (Laban) ad Jacob: Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas, quasi captivas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequer te cum gaudio &c.? Non es passus ut oscularer filios meos & filias -- Esto, ad tuos ire cupiebas, &c. *Ibid. v. 26*

Jacob filii suis abituribus in Aegyptum bona precatur & optat. *Ibid. 43. 14*  
 Vide vitam pulcherrimam exemplum in hac materia hinc inde a se descenditium cognatorum, quomodo invicem valebant, & bene precantur sibi, sibi, &c. *Rut. c. 1. per totum.*  
 Dixit Tobias filio suo, & Comitibus ejus: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & Angelus ejus comitetur vobiscum. *Tob. 5. 21*

Tunc paratis omnibus, quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale Patri suo, & matri suæ & ambulaverunt ambo simul, sibi, &c. *Ibid. v. 22*  
 Parentes Sara dum filiam & sponsum eius Tobiam junctorem non diutius secum habere possent, illis abituribus bene precantur, dicentes: Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducaturque vos incolumes, &c. *Ibid. 10. 11*

Et apprehedentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire, &c. *Ibid. v. 12*  
 Ephebi magno festu osculantur Paulam, jamjam ab istis discessuram, procumbentes super collum ejus & dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri: & deducebant eum ad navim. *Act. 20. 37*

Vender. Vide emere.

Vendere non debet anima Dei. Vide Simoniam.

## TITULUS III.

Venter.

Venter pro Deo eligere.

**H**ujuscemodi enim (qui dissensionis & offensionis faciens) Christo Domino nostro non servant, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium. *Rom. 16. 18*

Multi enim ambulat, quos sæpe diebim vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interior: quorum Deus venter est: & gloria in consuetudine ipsorum, qui terrena sapiunt. *Phil. 3. 18*

## TITULUS IV.

Ventus.

Venti in manu Dei sunt.

**R**ecordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium jumentorum quæ erant cum eo in arca: adduxit spiritum super terram, & imminuit sunt aquæ. *Gen. 8. 1*

Et extendit Moyses virgam super terram Aegypti. & Dominus induxit ventum urentem tota die illa & nocte: & mane factus, ventus urens levavit locustas. *Exod. 10. 13*  
 Cumque extendisset Moyses manum super mare, abtulit illud Dominus flante vento vehementi, & venite tota nocte: & vertit in secum, divisaque est aqua. *Ibid. 14. 21*  
 Ventus autem egrediens a Domino, arreptans trans mare coturnices detulit, & demisit in castro itinere quantum uno die confect potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere ductus cubitis altitudine super terram. *Num. 17. 31*

Deus transiit Austrum de celo: & induxit in virtute sua Africum. *Ps. 77. 26*

Tu Deus extendens calum sicut pellem: qui tegis aquis superiora ejus. Qui ponis nubem.

nubem ascensum tuum: qui ambulat super pennas ventorum. *Ps. 103. 2*  
 Omnia, quæcumque voluit, Dominus fecit in celo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluviam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis. *Ibid. 134. 6. Vide eadem verba Jerem. 10. 13. & cap. 31. 16*

Quia Ecce (Deus) formans montes, & creans ventum, faciens nebulam matutinam, &c. *Amos 4. 13*

Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri. *Jona 1. 4*

Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido, & urenti: & percussit sol super caput Jone, & affuabat. *Ibid. 4. 8*

Tunc surgens (Christus) imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. *Mat. 8. 26. Item Marc. 4. 39. Item Luc. 8. 24*

## TITULUS V.

Verbum.

Verbum Dei semper ob oculos penandum.

**R**ecordentur (sibi Israel) omnium mandatorum Domini: nec sequantur cogitationes suas -- sed magis memores præceptorum Domini, faciant ea, sicutque sancti Deo suo. *Num. 15. 39*  
 Et nunc Israel audi præcepta, atque judicia quæ ego doceo te: ut faciens ea, vivas, & ingrediens possideas terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. *Deut. 4. 1*

Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo. *Ibid. 6. 6* Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia, & caeremonias, quas præcepit tibi. *v. 17*

Ponite hæc verba in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocare. *Ibid. 11. 18*

Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. *Josue 1. 8*

Sed in lege Domini voluntas ejus: & in lege ejus meditabitur die ac nocte. *Ps. 119. 1. 2*

Fili mi, ne obliviscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat. *Prov. 3. 1*

Audite filii disciplinam patris, & attendite ut sciatis prudentiam. *Ibid. 4. 1. Filii mi, auscultate sermones meos, & ad eloquia mea inclina aures tuas. v. 20*

Conserva filii mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tue. *Ibid. 6. 20*

Fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. *Ibid. 7. 1*

A verbo Dei non recedendum.

**N**on addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. *Deut. 4. 2*

Custodite igitur, & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, & bene sit vobis. *Ibid. 5. 32*

Deus benefaciet tibi: si tamen audieris mandata -- ejus -- & feceris, ac non declinaveris ab eis, nec ad dexteram nec ad sinistram. *Deut. 28. 13*

Confortare igitur (Israel) & esto robustus valde: ut custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus: ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis. *Josue 1. 7. Item habetur c. 23. 6*

Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: averte pedem tuum a malo, vias enim quæ a dextris sunt, novit Dominus: pervertæ vero sunt, quæ a sinistris sunt. *Prov. 4. 27*

Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. *Ista. 30. 21*

Verbum Dei universum non est scriptis traditum.

**P**ater autem Spiritus Sanctus, quem mittit Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixerò vobis. *Johan. 14. 26*

Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. *Ibid. 20. 21*

Sunt autem & alia multa quæ fecit Jesus: quæ si scribantur, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. *Ibid. 21. 25. cap. 20. 30*

Si quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conveniatis. Cetera autem, cum venero, disponam. *1. Cor. 11. 34*

Itaque fratres stete, & tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. *2. Thess. 2. 14*

Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & aramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui, ut gaudium vestrum plenum sit. *2. Joan. v. 12*

Multa habui tibi scribere: sed nolui per aramentum & calamus scribere tibi. *3. Joan. 13*

Verbum Dei non audientium solum & loquentium, sed & corde credendum, & factis profandum.

**C**ito admittite exteriori voci Dei, ab interiori iniquitate non desistite: hinc patet quoniam exterior exhortatio sine interiore parum est efficax. *Gen. 4. 6*



Locutusque est Aaron omnia verba, quae dixerat Dominus ad Moysen -- & credidit populus. Audieruntque, quod visitasset Dominus filios Israel -- & prona adoraverunt. *Exod. 4. 30.*

Responditque omnis populus (*Moss*) una voce: Omnia verba Domini, quae locutus est, facimus. *Ibid. 24. 3. Et paulo post Assumenque (Moss)* volumen foederis, legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia quae locutus est Dominus, faciemus. *Ibid. 24. 3.*

Vocavitque Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi Israel caeremonias atque iudicia, quae ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. *Deut. 5. 1. Tu magis accede: & audi cuncta quae dixerit Dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea. v. 27.*

Hac fuit praecepta & caeremoniae atque iudicia, quae mandavit Dominus Deus vester, ut docerem vos, & faciatis ea in terra, ad quam transgredimini possidendam. *Ibid. 6. 1.*

Convenientibus cunctis ex Israel, ut appareant in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni populo Israel audientibus eis, & in unum omni populo congregato, tam viris quam mulieribus, parvulis, & advenis, qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantque omnes sermones legis hujus. *Ibid. 31. 11.*

Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: sed mediteris in eo diebus & noctibus, ut custodias, & facias omnia quae scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. *Josue 1. 8.*

*Eglon, rex Moab, sedebat in aeterno coenaculo, & dixit ad eum Aod: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno, quasi reverentiam exhibens verbo Dei. Judic. 3. 20.*

*Beae docuit Samuellem Heli, ut diceret Domino loquenti sibi: Loquere Domine, quia audit servus tuus. 1. Reg. 3. 9.*

*Esdras tenuit librum legis, Et legit in eo aperte -- de mane usque ad meridiem diem -- & aures omni populi erant erectae ad librum. 2. Esdr. 8. 3. Et sequitur flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis. v. 9. Vide totum caput.*

*Respondens: Iob dixit Domino: Auditus auris audivi te, &c. Job 42. 5.*

Et dixit Dominus: Eo quod appropinquasti populus iste ore tuo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, & timerunt me mandato hominum & doctrinis; ecce paniam. *Eccl. 10. 29. 13.*

*Falsum est verbum Domini ad Jeremiam: noli subtrahere verbum (Dei) si forte audiant, & convertantur uniusquisque a via sua mala: & penitentiae me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. Jerem. 26. 2.*

Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & avaritiam suam sequitur cor eorum. *Ezech. 33. 31.*

Et pervenit verbum (*Jona*) ad regem Ninive: & surrexit de folio suo, & abiicit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere: sic & populus fecit. *Jona 3. 6. Ibid. v. 5. Vide totum caput.*

Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio, &c. &c. *Matth. 5. 22.*

Omnis ergo, qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram, &c. *Ibid. 7. 24.*

Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. *Ibid. 15. 8. Isa. 29. 13.*

Euntes ergo docete omnes gentes -- docentes eos servare omnia quae cumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. *Ibid. 28. 19.*

*Cum curba irent in Dominum Jesum, ut audirent Verbum Dei, sedens, docebat de navicula turbas: Petrus cum sociis descendit ad terram navibus, ibi reliquit, ipse cum sociis secuti sunt Dominum. Luc. 5. 2. v. 11.*

Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. &c. *Ibid. 6. 47.*

*Maria soror Marthe, sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius, & audivit tandem Dominum dicentem: Maria optimam partem elegit. Ibid. 10. 35. v. 42.*

At ille dixit (*Jesus*): Quintimmo Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Ibid. 11. 28. Cap. 12. 47.*

Et erat (*Jesus*) docens quotidie in templo: & post pauca *Ibid. 19. 47.* Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. v. 48.

Si haec fecitis, beati eritis si feceritis ea. *Joan. 13. 17.*

*Falso sermone ad plebem in die Pentecostae post adventum Spiritus Sancti, dicitur: His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? & baptizati sunt tria milia hominum. Act. 2. 37.*

*Post sanationem claudi & sermonem Petri, sequitur: Multi autem eorum qui audierant verbum, crederunt, & factus est numerus vitorum quinque milia. Ibid. 4. 4.*

Convocantes autem duodecim (*Apostoli*) multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est equum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Nota tamen, quod illa mensa erant passivum viduarum; per quod datur intelligi, quod opus praedicationis Verbi Dei praesertim operi misericordiae corporalis. *Ibid. 6. 2.*

Et non poterant resistere (*Juda*) Sapientiae & Spiritui, qui (*per beatum Christophannum*) loquebatur. *Ibid. 6. 10.*

Philippus autem descendens in civitatem Samariae, praedicavit illis Christum. Intendebant autem turbae his, quae a Philippo dicebantur, unanimes audientes, &c. *Ibid. 8. 5.*

Aperiens autem Philippus os suum -- evangelizavit illi (*summo*) Iesum, & venientes ad quantum aequam convulsus est Eunuchus se credere, & baptizavit eum. *Ibid. 8. 35.*

Noluit Dominus instruire Cornelium per Angelum, sed mandavit ei, ut accesseret Simonem Petrum, & ille doceret eum, & dixerit, quid eum facere deberet. *Ibid. 10. 5.*

Adhaec loquente Petro verba haec occidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum illius. *Ibid. 10. 44.*

Audiebant gentes, quod Judaei respellebant verbum Dei, & quod Paulus & Barnabas volebant praedicare eis, & gaudio sunt, & crederunt, quotquot erant praedicatorum ad vitam aeternam. *Ibid. 13. 48.*

Factum est autem iconii, ut simul (*Paulus & Barnabas*) introirent in Synagogam, & loquerentur, ita ut crederet Judaeorum & Graecorum copia multitudine. *Ibid. 14. 1.*

Et quadam muliere nomine Lydia, purpuraria Judaeorum audiente Paulum loquentem, conversus Dominus aperuit, & baptizata est cum domo sua. *Ibid. 16. 14.*

Cum audissent autem (*Athenienses Paulum praedicantem*) resurrectionem mortuorum: quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiit de medio eorum. Quidam vero viri adherentes ei, crederunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. *Ibid. 17. 32.*

Veniens Paulus Corinthe, intravit Synagogam Judaeorum, & quidam susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si haec ita se haberent. Et multi quidem crederunt ex eis. *Ibid. 18. 11.*

Manus Paulus Ephepsi per biennium, quoties disputans in Schola tyranni cuivisquam, ita ut omnes, qui habitabant in Asia, audiret verbum Domini, Judaei, atque Gentiles. *Ibid. 19. 9.*

Postquam rex Agrippa audierat Paulum, dixit ei, In medicum tuades me Christianum fieri. *Ibid. 26. 28.*

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. *Rom. 2. 13.* Estote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. *Jaec. 1. 22.*

*Iesus Letha pie admonerat Sodomitas dicens: Nolite quidem, fratres mei, nolite malum hoc facere: cum illi contumaciter responderent: Recede illuc; hinc pater, quod per vestri difficile corriguntur. Gen. 19. 7.*

Cumque audisset rex (*Jerobam*) sermonem hominis Dei, quem inclinaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum (*scilicet prophetam de Juda missum ad illum*) Et exaruit manus ejus, quam extendit contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. 3. Reg. 13. 4. 4. Reg. 17. 14. 19. 2. Paral. 36. 15.

*Actus rex volebat audivit Michaeam Prophetam Domini, quia non prophetabat bonum, sed malum. Ibid. 22. 8. Vide totum contextum.*

Quia vocavi, & renuisti: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. *Prov. 1. 24.* Tunc invocabunt me, & non exaudiam: mane confurgent, & non invenient me: eo quod exofam habuerunt disciplinam: & timorem Domini non susceperunt. v. 28.

Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. *Ibid. 28. 9. Isa. 28. 14. 29. 13.*

Populus enim ad iracundiam provocatus est, & filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei. *Ipsa 30. 9.*

Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui oblitus estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunam mensam, & libatis super eam. Numerabo vos in gladio, & omnes in caede converte: pro eo quod vocavi, & non respondistis; locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quae nolui elegistis. *Ibid. 65. 11. Idem cap. 66. 4. Jerem. 2. 5.*

Negaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: neque venit super nos malum: & gladium & famem non videbimus, &c. *Jerem. 5. 12.* Annunciate hoc domui Jacob, & audiam facite in Juda, dicentes: Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis, & aures, & non auditis. v. 6. Cap. 7. 13.

Quia haec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudii, & vocem latitiae: vocem sponsi, & vocem sponsae. *Ibid. 16. 9.*



*Premitas per lagrugulam terram quam fregit, ostendit populum Israeliticum perendum gladio, & fame, & obliuione, in qua patres filios commendant, propter multiplicem istorum idololatriam, & contemptum verbi Dei. Jerem. 19.*

Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, confurgens diluculo, mittentque: & non audistis, neque inclinastis aures vestras, ut audiretis, &c. *Ibid. 25. 4.*  
Dixit Dominus Ezechieli: Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos;

sequitur. Dominus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. *Ezech. 3. 4. v. 7.*

Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. *Matt. 10. 14. Idem Luc. 10. 10.*

Tunc cepit (Jesus) exprobrare civitatibus, in quibus facta sunt plurima virtutes ejus, quia non essent penitentiam. *Ibid. 11. 20.*

Videntes autem turbas Judaei, repleti sunt zelo, & contradicebant his, quae a Paulo dicebantur, blasphemantes. *Act. 13. 45.*

Contradictentibus autem eis, (Judaeis) & blasphemantibus, excutens vestimenta tua (Paulus) dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mandus ego, ex hoc ad gentes vadam. *Ibid. 18. 6.*

Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obsecratum est insipienti cor eorum. *Rom. 1. 21.*

*Verbum Dei manet in aeternum.*

Non est Deus quasi homo, ut mentiat: nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, & non faciet: locutus est, & non implebit. *Nam. 23. 19.*

Prope erit interitus Ninive: non enim exiit verbum Domini: & fratres, qui dispersi sunt a terra Israel, reverentur ad eam. *Job. 14. 6.*

Consilium autem Domini in aeternum manet: cogitationes cordis ejus in generatione, & generationem. *Psal. 32. 11.*

Quotiam confirmata est super nos misericordia ejus, & veritas Domini manet in aeternum. *Ibid. 116. 2.*

In aeternum Domine verbum tuum permanet in caelo. *Mit. 118. 89.*

Vere sanum est populus: excruciatum est senum, & cecidit flos: Verbum autem Domini nostri manet in aeternum. *Isa. 40. 7.*

Levate in caelum oculos vestros, & videte terra deorsum: quia caeli sicut fumus liquefcent, & terra sicut vestimentum aueretur, & habitatores ejus sicut haec interibunt: salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet. *Ibid. 51. 6.*

Montes enim commovebuntur, & collis contremiscent: misericordia autem mea non recedet a te, & fœdus pacis meae non movebitur: dixit miserator tuus Dominus. *Ibid. 44. 10.*

Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere, &c. *Matt. 5. 17.*

Caelum & terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. *Ibid. 24. 35. Idem verbatim habetur Marc. 13. 31.*

Facilius est autem caelum & terram praeterire, quam de lege unum apicem cadere. *Luc. 16. 17.*

Verbum autem Domini manet in aeternum: hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vobis. *1. Petr. 1. 25.*

*Verbum Dei quanta sit virtutis & essentia.*

Dixitque Deus, Fiat lux. Et facta est lux, &c. *Gen. 1. 3.* Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis, &c. *v. 6. per solum.*

Et dixi: Usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes lumentes fluctus tuos. *Job. 38. 21.*

Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt. *Psal. 32. 9.*

Annuntians ab exordio novissimum, & ab initio quae necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. *Isa. 46. 10.*

Sic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, & prosperabitur in his, ad quae misi illud. *Ibid. 55. 11.*

Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. *Matt. 8. 13. Ibid. v. 26.*

Et mirati sunt omnes, ita ut omnes conquirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? quoniam doctrina haec nova? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. *Marc. 1. 27.*

Et extendens (Jesus) manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. *Luc. 5. 13.* Ut autem sciat quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *v. 24. Cap. 43.*

Accedentes autem suscitaverunt (discipuli ascendentes naviculam) eum dicentes: Praeceptor per-

peti-

perimus. At ille surgens, increpavit ventum, & tempestatem aquae, & cessavit, & facta est tranquillitas. *Luc. 8. 24.*

*Verbum Dei est cibi anima.*

Afflixit te (Israel) penuria, & dedit tibi (Deus) cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui: ut offenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. *Deut. 8. 3. Idem Matth. 4. 4. Idem Luc. 4. 4. Idem habetur.*

Ut scient filii tui, quos dilexisti Domine, quoniam non nativitate fructus pascent homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat. *Sap. 16. 26.*

Inveni: feni sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in laetitia cordis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum. *Jere. 15. 16.*

Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. *Ezech. 3. 3.*

*Verba sunt ponderanda, & non leviter est attendenda.*

Jucundus homo, qui misereatur & commodat: disponent sermones suos in iudicio, quia in aeternum non commovebitur. *Psal. 111. 5.*

Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. *Prov. 15. 2.* Latet homo in contentia oris sui: & sermo opportunus est optimus. *v. 23.*

Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. *Ibid. 13. 3.*

Vas pretiosum labii scientiae. *Ibid. 20. 15.*

Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est, & pretiosus spiritus vir eruditus. *Ibid. 17. 37.*

Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. *Ibid. 21. 23.*

Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus invenietur stultitia. *Eccles. 5. 2. Cap. 12. 10.*

Homo sapiens tacebit usque ad tempus: lascivus autem & imprudens non servabit tempus. *Eccles. 20. 7.*

Doctrinam oris audite filii: & qui custodierit illam, non petibit labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. *Ibid. 23. 7.*

Aurum tuum & argentum tuum confusa, & verbis tuis facito stateram, & frans ori tuo rectos: & attende ne forte labris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit calus tuus insanabilis in mortem. *Ibid. 28. 29. Cap. 32. 18.*

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. *Matt. 12. 36.*

Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. *Colos. 4. 6.*

Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. *Jac. 1. 19.*

## T I T U L U S VI.

*Veritas.*

*Veritatis vis quanta.*

Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum, magis quam ille, qui per linguam blandimenta decipit. *Prov. 28. 23.*

Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere, omnes adversarii vestri. *Luc. 21. 15.*

State ergo succincti lumbos vestros in veritate. *Ephes. 6. 14.*

*Veritas odium parit.*

Videntes autem fratres ejus (Joseph) quod a patre suis cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidem pacifice loqui. *Gen. 37. 4.*

Balaam rex Moab multum dolebat, quando Balaam bona dixerat de filiis Israel, licet essent vera; nec cum honoravit, sicut honorasset si ei placuisse verba dixisset: Deceveram quidem magnifice honorare te, &c. *Nam. 24. 10.*

Jonathan filius Gedeonis fugit a facie Abimelech cum dixisset verum de eo, & de illis qui male illi loqui solebant. *Judic. 9. 21.*

Iratus est Saul contra Jonathan filium suum, quia ille excusabat David, qui vere innocens erat erga ipsum Saul. *1. Reg. 20. 33.*

Baasa rex Israel occidit Jehu Prophetam, quia prophetae mala ipsi & Domini eius propter mala quae fecerunt contra Dominum. *3. Reg. 16. 7.*

Similiter Achab oderat Micaam Prophetam, quia ille dicebat veritatem sibi: *Ibid. 22. 17.* sed ego qui cum, inquit, quia non prophetae mihi bonum, sed malum. *v. 8. Conf. 2. Paral. 18. 26.*

Na. 2.

Cum.



Cum interisset Hiram Propheta Asa regem Juda, qui confusus erat in Benadad rege Syria, tratus est Asa, misique Prophetam in carcerem. 2. Par. 16. 10

Ad imperium regis Jozab lapidatus est Zacharias sacerdos, quia regem & principes arguabat pro eo quod Dominum reliquissent. Ibid. 24. 21

Ozia regis Azarias sacerdos & reliqui sacerdotes Dei resistere ne adoleret incensum Domini, sed traxerunt rotas altaris sacerdotibus tenens in manu thronulum. Statimque orta est lepra in fronte ejus coram sacerdotibus. Ibid. 26. 16

Cum narrasset Achior magnalia, qua fecerat Deus filio Israel, & magnam esse ejus potestatem, irasit sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum; Holofernis etiam indignatus est vehementer. Judith. 5. 6. Vide & v. 24

Sedecias rex Juda clausit prophetam Jeremiam in domum carceris, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus? Jerem. 32. 3

Cum legisset Baruc verba, qua scripsit ex ore Jeremia coram Joachin rege Juda, fecit rex in ignem projici volumines, quia dicebatur ibi veritas de civitate Jerusalem capienda. Et precepit rex Baruch & Jeremiam comprehendi, sed Deo nolente, tunc non fuerunt inveniti. Ibid. 36. 23

Tostinodam viro, cum iterum prebaretur captivum civitatis missus fuit in lacum, ubi non erat aqua, sed lutum: descendit itaque Jeremias in cœcum. Ibid. 38. 6

Pro eo quod probavit Daniel Bel & Draconem non esse Deos, Babylonii convenerunt adversus regem, & precaverunt Danielem mitti in lacum leonum. Dan. 14. 27

Ex bonis & veris sermonibus Eleazari, hi qui cum stabant ad supplicium, & paulo ante fuerant mitiores, in iram conversi sunt. 2. Mac. 6. 29

Quia Joannes Baptista dicebat Herodi: Non licet tibi habere eam, sed uxorem fratris sui: fuit enim Herodes inavertenti, & postea decolori. Matth. 14. 4. Vide & Luc. 3. 19

Et cum audissent principes Sacerdotum, & Pharisei parabolam ejus (Christi) cognoverunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere; timentur turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant. Ibid. 21. 45

Cum Dominus increparet de multis hypocritas & Phariseos, ceperunt illi graviter insillere, & os ejus opprimere de multis, insidiantes ei & querentes aliquid capere de ore ejus ut accusarent eum. Luc. 11. 39. Ibid. v. 53. Vide & Cap. 20. 19

Et repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audientes (Jesum, &c.) Ibid. 4. 28

Non potest mundus vos odire, (inquit Christus ad discipulos suos): me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt. Joan. 7. 7. Vide item cap. 17. 14. cap. 15. 24

Pharisæi cæco nato, a Domino illuminato, maleherunt, & extra Synagogam eiecerunt, pro eo quod veritatem constantissime fateretur. Ibid. 9. 30

Principes Sacerdotum, audientes verba Apostolorum de doctrina Christi, discubantur, & cogitabant interficere illos: Actor. 5. 33. & castis denuntiaverunt, ne omnino loquerentur in nomine Jesu. Ibid. v. 40

Audientes autem hæc (Juda) beati Stephanus verba discubantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Ibid. 7. 54. Et efficientes eum extra civitatem lapidabant. v. 57

Multos ex magno habuit adversarios beatus Paulus, pro verbis veritatis & sobrietatis, qua ipse hominibus loquebatur. Ibid. 9. 23

Ergo inimicus vobis factus sum, (inquit Paulus) verum dicens vobis? Galat. 4. 16

Veritas commendatur.

ET facta est veritas in oblivionem: & qui recessit a malo, præda patuit; & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus, quia non est judicium. Isa. 59. 15

Tertius scripsit (scilicet de tribus custodiis corporis regis Davi moventibus problema) Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. 3. Esdr. 3. 12

Omnis terra veritatem invocavit, calum etiam ipsam benedixit, & omnia opera moventur, & tremunt eam, & non est eum ea quidquam iniquum, &c. Ibid. 4. 36. 4. Esdr. 14. 17. cap. 1. 27

Hæc sunt ergo verba quæ facietis: Loquimini veritatem uniusquisque cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Zach. 8. 16. Matt. 5. 37

Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem uniusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra. Ephes. 4. 25. Ephes. 6. 14. Jacob. 5. 12. 1. Petr. 2. 1

Veritatem conservanda.

Quoniam veritatem requirit Dominus. Psal. 30. 24

Ecce enim veritatem dilexisti, (Deus). Ibid. 50. 8

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis ulquequam. Ibid. 118. 43

Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, & profertur veritas in terra, &c. Dan. 8. 12

Veritatem tantum, & pacem diligite. Zach. 9. 19

Ille

Ille (diabolus) homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Joan. 8. 44

Veritatem autem facientes in caritate, crescemus in illo per omnia. Ephes. 4. 15

Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Ibid. 5. 9

Quibus adempta est veritas, qui existimant quantum esse pietatem. 1. Tim. 6. 5

Revertente honoranda.

UPER omnia autem vincit veritas. 3. Esdr. 3. 12

Et omnes populi clamaverunt, & dixerunt: Magna est veritas, & prævalet. Ibid. 4. 41

Quare detraxistis sermonibus veritatis? Job. 6. 25

Scuto circumdabit te veritas ejus. Psal. 90. 5

Et veritas Domini manet in æternum. Ibid. 116. 2

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Prov. 12. 19

Non contradicis verbo veritatis ullo modo, & de mendacio inviditionis tuæ confundere. Eccl. 4. 30

Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Matt. 22. 16

Gratia & veritas per Jesum Christum facta est. Joan. 1. 17

Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Ibid. 5. 23

Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Ibid. 8. 31

Ego sum via, & veritas, & vita. Ibid. 14. 6

Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Ibid. 17. 17

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati, dicit Christus. Ibid. 18. 37

Caritas non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati. 1. Cor. 13. 6

Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. 2. Cor. 13. 2

O infensati Galatz, quis vos fascinavit non obedire veritati? Galat. 3. 1

## TITULUS VII

Vestis.

Vestis virilis mulieri illite, & contra.

NON induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. Deut. 22. 5

Vestimenti sunt nudus. Vide & Eleemosyna.

TObias esurientes albat, nudisque vestimenta præbebat. Tob. 1. 20

Frangere esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Isa. 58. 7

Qui hominem non contumeliter: pigrus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: &c. Eccl. 18. 7. Item Ibid. v. 16

Nudus (sui) & cooperuisti me: infirmus, & vixisti me: in carcere eram, & venisti ad me, &c. Matt. 25. 36

Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c. Luc. 3. 11

Si autem frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis, quia necessaria sunt corpori, quid proderit? Jacob. 2. 15

Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauderit viscera sua ab eo: quomodo caritas Dei manet in eo? 1. Joan. 3. 17

Vestium Abusus, vide Abusus.

Vestis variis ob causis solvenda.

REverfusque Ruben ad cisternam, non invenit puerum (Joseph) Et scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait: Puer non comparet, & ego quo ibo? Gen. 37. 29

(Jacob) Scissisque vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum (Joseph) multo tempore. Ibid. v. 34

Cum Josephum stulto ceptatum invenissent in sacco Benjamin, fratres Josephi scissis vestibus -- reversi sunt in oppidum. Ibid. 44. 13

Joseph & Caleb sciderunt vestimenta sua propter murmur populi. Num. 14. 6

Iosue vero scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram archa Domini usque ad vespem, tam ipse quam omnes senes Israel: misuranteque pulverem super capita sua; & dixit Iosue: Heu Domine Deus! quid voluisti traducere populum istum jordanem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? Josue 7. 6

Revertente autem Iosue (a caede Amorrhæorum) in Malspha domum suam, occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis, & choris: non enim habebat alios liberos. Qua vita, scidit (Joseph) vestimenta sua, & ait: Heu me, filia mi, desepisti me, & ipsa decepta es: aperui

Nu 3



aperit enim os meum ad Dominum, aliud facere non potero (scilicet ad re-sacrificium Domini, pro victoria obtenta contra hostes.) *Judic. 11. 34*

Cursum autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa (scilicet qua capta est arca David) scissa veste, & confertus pulvere caput. *1. Reg. 4. 12*

Accipit pro marito de monte Saul. David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & plauerunt, & jejunaverunt usque ad vesperam, super Saul, & super Jonathan filium ejus, & super populum Domini, & super domum Israel, eo quod contraxerat gladio. *2. Reg. 1. 11*

Dixit autem David ad Joab, & ad omnem populum: Scindite vestimenta vestra, & accingimini facis, & plangite ante exequias Abner: porro rex David sequebatur feretrum. *Ibid. 3. 31*

Thamar scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans. *Ibid. 13. 19*

Surrexit itaque Rex (David) & scidit vestimenta sua (cum audisset Absalom omnes regi filios percussisse) & cecidit super terram, & omnes servi illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. *Ibid. 20. 31*

Cumque ascenderet David summitem montis, in quo adoratus erat Dominus, ecce occurrit ei Chufai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. *Ibid. 15. 32*

Tunc furexit Job, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adoravit. *Job. 1. 20. Conf. cap. 2. 12*

Itaque cum audisset Achab sermone istos (scilicet Dei comminantis mala) scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite: *3. Reg. 21. 27*

Scidit rex Israel vestimenta sua, quod iussisset rex Syria ut Niamaan leprosum curaret, quem Elifesus sistena in Jordani lotionem mundavit a lepra. *4. Reg. 5*

Quod cum audisset rex (Syria, scilicet quod mulier comederat filium suum in abulano civitatis) scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Vilitque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. *Ibid. 6. 30. Cap. 11. 14. Cap. 18. 37*

Quo cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & operuit eis sacco, ingressusque est domum Domini (scilicet cum ista ut detrecaretur ab rege Assyriorum.) *Ibid. 19. 1. Cap. 22. 11. 1. El. 9. 3*

Hac dicit Dominus Deus Israel: Pro eo quod audisti verba voluminis (torquentis) *Jesaja rex* & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores ejus, quod videlicet fierent in stuporem, & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & stivisti coram me, & ego dixi tibi, ait Dominus: Necece colligam te ad Patres tuos, & colligeris ad sepulcrum tuum in pace. *Ibid. 22. 18. Jerem. 36. 24*

Quo cum audisset Mardocheus (scilicet quod Aman impetrasset totum Judaorum annulum ab Assuere) scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea media civitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc ejulatu usque ad fores palatii gradiens. *Esther 4. 1*

Et scindite corda vestra -- & convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est, pateris & multa misericordiae, & prelabilis super multitudine. *Jesaja. 2. 13*

Et scidit vestimenta sua Machabias, & filii ejus, eo quod afflicto essent civitas, & profanabatur sanctus. *1. Mac. 2. 14. 1. Mach. 4. 39*

Et jejunaverunt illa die, induerunt se ciliciis, & cinerem imposerunt capiti suo, & disciderunt vestimenta sua, &c. eo quod Antiochus tunc belli apparatus invaserat Gorgiam contra Judam. *1. Mac. 3. 47*

Et scidit Jonathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & oravit -- & convertit eos (alioquin) in fugam, & pugnaverunt. *Ibid. 11. 71*

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus vestibus? ecce nunc audistis blasphemiam. *Mari. 26. 65. Marc. 14. 65*

Sacerdotes Jovis Apostolis moluimus tauris sacrificare. Quod ubi audiverunt Apostoli Barnabas & Paulus, confisis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamantes, &c. *Act. 14. 13*

Et cucurrit plebs (Romana) adversus eos (Paulum & Syllam): & magistratus, scissis tunicis eorum, julerunt eos virgis caedi. *Ibid. 16. 22*

Vestitus mulierum qualis esse debeat.

Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod deceat mulieres, promittentes pietatem per opera bona. *1. Tim. 2. 9*

Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimento- rum cilius: &c. *1. Petr. 3. 3*

## TITULUS VIII.

Via.

Via, viis humana rationem, institutum, cogitationem, consilia, & hominum actiones denotat. Omnis quippe cato conserperat viam suam super terram. *Gen. 6. 12*

Ego veni, ut adversarer tibi, (inquit Angelus ad Balaam,) quia perversa est via tua, minique contraria. *Num. 22. 32*

Percutat te Dominus amentia, & caecitate, ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare foret caecus in tenebris, & non dirigas vias tuas. *Deut. 28. 28*

Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo, &c. tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. *Jesaja. 8*

Non dimiserunt adinventiones suas, & viam durissimam, per quam ambulare consueverunt. *Judic. 2. 19. Idem dicitur de rege Asa 3. Reg. 15. 4. Reg. 8. 16*

Neque via vestra, via mea, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur caeli a terra, sic exaltata sunt via mea a viis vestris, &c. *Jesaja. 55. 8*

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. *Psal. 1. 1*

Contritio, & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognoverunt. *Rom. 3. 16*

Timotheus: qui vos commonefaciet vias meas, quae sunt in Christo Jesu. *1. Cor. 4. 17*

Amulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstrabo. *Ibid. 12. 31*

Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Jesaja. 1. 8*

Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte. *Ibid. 5. 20*

Derelinquentes rectam viam erraverunt, sicuti viam Balaam ex Bomar. *2. Petr. 2. 15. Vide in Epist. Judae v. 11*

Via Domini praeccepta eius & legem denotant.

ET docebo vos, (inquit Samuel,) viam bonam & rectam. *1. Reg. 12. 23*

Et ostende eis (Dominus, oras Salomon) viam bonam per quam ambulent. *3. Reg. 8. 36. Idem 1. El. 8. 21*

Impii dicunt ad Deum: Recede a nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. *Job. 21. 14*

Apprehende disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereratis de via justa. *Psal. 2. 12*

Viam veritatis elegi: judicia tua non sum oblitus. *Ibid. 118. 30*

Prope es tu Domine, & omnes vias tuae veritas. *Ibid. v. 151*

Ut ambules in via bona: & calles iustorum custodias. *Prov. 2. 20*

Via ejus (Domini) viae pulchrae, & omnes semitae illius pacificae. *Ibid. 3. 17*

Viam sapientiae monstrabo tibi, ducam te per semitas aequitatis. *Ibid. 4. 11*

Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitae increpato disciplinae. *Ibid. 6. 23. Vide c. 8. 20. Matth. 21. 32. Act. 19. 9*

Corona dignitatis senectus, quae in viis justitiae reperitur. *Ibid. 16. 31*

Hac dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitae, & viam mortis. *Jerem. 21. 8. Rom. 3. 17. 2. Petr. 2. 15*

Via Christi sumitur pro doctrina Evangelica.

ET ducam caecos in viam, quam nesciunt, & in semitis, quas ignoraverunt, ambulare eos faciam. *Isa. 42. 16*

Et petiit ab eo (Paulus) epistolas in Damascum -- ut si quos invenisset hujus viae (scilicet Christi) viros ac mulieres, vincitos perduceret in Jerusalem. *Act. 9. 2. Confer cap. 22. 4*

Via per quam iusti ambulant, quae & qualis sit.

UTINAM dirigantur viae meae, ad custodiendas justificationes tuas. *Psal. 118. 5*

In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. *Prov. 3. 6. Viae ejus, viae pulchrae, & omnes semitae illius pacificae. v. 17*

Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. *Ibid. 16. 5*

Semita iustorum declinat mala: custos animae suae servat viam suam. *v. 17*

Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiae. *Erell. 5. 12*

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. *Isa. 26. 7. Cap. 30. 21. Cap. 35. 8*

Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. *Ibid. 40. 3*

Stare tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in quam ambulasti: revertere: virgo Israel, revertere ad civitates tuas sitas. *Jesaja. 31. 21*

Quis sapiens, & intelligit ista? intelligens, & sciet haec? quia recta via Domini, & iusti ambulabunt in eis: pravificatores vero cotruent in eis. *Isa. 14. 10*

De cetero ergo, fratres, rogamus vos, & obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambulatis, ut abundetis magis. *1. Thess. 4. 1*



Propter quod remisit manus, & soluta genua erigite, gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. *Hebr. 12. 13*

*Via iustorum a Domino dirigitur.*

**O**mnino tempore benedic Deum: & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permanent. *Tob. 4. 20*  
 Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. *Psalm. 16. 5*  
 Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. *Ibid. 24. 4*  
 Deduc me in semitas mandatorum tuorum: quia ipsam volui. *Ibid. 118. 35*  
 Viam Sapientiam monstrabo tibi, ducam te per semitas aequitatis. *Prov. 4. 11*  
 Iustorum autem semita, quasi lux splendens, procedit, & crevit usque ad perfectum diem: via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. *Ibid. v. 18*  
 Iusticia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat. *Ibid. 23. 6*  
 Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus ejus. *Ibid. 16. 9*  
 A Domino dirigitur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam? *Ibid. 20. 24*

Ego Dominus Deus tuus docens te (*Israel*) utilia, gubernans te in via, qua ambulat. *Isa. 48. 17*

Scio Domine, quia non est hominis via ejus: nec viri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. *Jer. 10. 23*

Venite, ascendam ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos de viis, & ibimus in semitis ejus: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Jerusalem. *Mich. 4. 2*

*Via iustorum remunerationem a Deo expectat.*

**Q**uis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit. *Psalm. 24. 12*  
 Ibi sunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion. *Ibid. 83. 8*  
 In semita iusticia, vita: iter autem devium ducit ad mortem. *Prov. 12. 28*

Hac dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis: quae sit via bona, & ambulat in ea: & invenietis refrigerium animabus vestris. *Jer. 6. 16*

Hac dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. *Ibid. 7. 3*

*Via impiorum qualis.*

**N**on enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. *Psalm. 118. 3*  
 Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. *Prov. 4. 19*. Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viae tuae stabiliuntur. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: averte pedem tuum a malo; vias enim quae a dextris sunt, novit Dominus: perverae vero sunt, quae a sinistris sunt. Ipse autem rectus faciet cursus tuos, &c. *v. 26*

Via ista recta in oculis ejus: qui autem sapiens est, audit consilia. *Ibid. 12. 15*. Cap. 21. 5  
 Arma & gladii in via perverfi: custos autem animae suae longe recedit ab eis. *Ibid. 22. 5*  
 Qui fodit foveam, incidet in eam: &c. *Prov. 26. 27*

In multitudine viae tuae laborasti: non dixisti: Quiescam: vitam manus tuae invenisti, propterea non rogasti. *Isa. 57. 10*

*Via impiorum exitus & finis.*

**I**nvolvunt sunt semitae gressuum eorum; ambulabant in vacuum, & peribunt. *Job 6. 18*  
 Est via quae videtur homini justa: novissima autem ejus deducunt ad mortem. *Prov. 14. 18*  
 Qui ambulat simpliciter, salvus erit: qui perverfi graditur viis, concidet semel. *Ibid. 28. 18*  
 Va his, qui perdidit sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas. *Eccles. 2. 16*

Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, tenebrae, & poenae. *Ibid. 2. 11*  
 Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. *Jerem. 2. 26*

Vae tuae, & cogitationes tuae fecerunt hac tibi: inva malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. *Ibid. 4. 18*

## TITULUS IX.

*Victoria. Vide & Bellum.*

*Victoria omnis saluti Dei est, & ab eo solo expectanda.*

**D**icit Melchisedech sacerdos ad Abraham a bello victorem redientem: Et benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. *Genes. 14. 20*

Et ait Moyses ad populum: Nolite timere, state, & videte magna Domini, quae facturus est hodie: Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. *Exod. 14. 13*

Dixitque Moyses ad Josue: Elige viros: & egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens vingam Dei in manu mea. *Ibid. 17. 9*

Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis: qui

qui eruit populum suum de manu Aegypti. *Exod. 18. 10*

Terrorem mentis, (*inquit Deus*) mittam in praecursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingrediens: cumtorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. *Ibid. 23. 27. Item cap. 34. 11*

Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram ejus -- Percussitque igitur & hunc (*regem de Israelita*) cum Filiis suis universumque populum ejus usque ad interfectionem, & possederunt terram illius. *Num. 21. 34. Josue 6. 2*

Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gentes istae quam ego, quomodo potero delere eas? Noli metueri, sed recordare quae fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Aegyptiis. *Deut. 7. 17*

Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metueri, nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra adversarios dimicabit, ut eruat vos de periculo. *Ibid. 20. 3. Josue cap. 8. 1. cap. 10. 8. cap. 14. 12*

Omnem terram Gosen usque Gabaon, universosque reges, & regiones eorum, uno impetu cepit, atque vastavit (*Josue*); Dominus enim Deus Israel, pugnabit pro eo. *Josue 10. 41. cap. 23. 10. cap. 24. 8. 13. Judic. 1. 2. 4. cap. 3. 10. 28. cap. 7. 9. 14. cap. 11. 31*

Dixitque Dominus ad Josue: Ne timeas eos; cras enim hac eadem hora, ego tradam omnes illos vulnerandos in conspectu Israel; equos eorum subvertabis, & curus igne combures. *Ibid. 11. 6. v. 17*

Dixitque Debhora ad Barac: Surge, haec est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus; & felicissime vos erunt. *Judic. 4. 24*

Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus recum est populus, nec traderet Madian in manus ejus: ne glorietur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum. *Ibid. 7. 2. cap. 18. 3. cap. 20. 28. 35*

Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambserunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum. *Ibid. 7. 7*

Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum: Veni transivimus ad stationem incircumfororum horum, si forte faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile invicare, vel in multis, vel in paucis. *1. Reg. 14. 6. c. 7. 14. c. 11. 13*

Dixit autem David ad Philisthaum: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agnium Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te & auferam caput tuum a te, &c. *Ibid. 14. 45. Cap. 30. 23*

Venit ergo David in Baal Pharasim: & percussit eos (*Philisthim*) ibi, & dixit: Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquae. *2. Reg. 5. 20*

Dixit Dominus ad David: tunc inibis praedium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutat castra Philisthim, &c. *Ibid. v. 24. Vide cap. 7. 9*

Confortare: & agamus viriliter pro populo nostro, &c. Dominus autem, quod in conspectu suo bonum est, faciet: &c. *1. Par. 19. 13*

Clamans autem Achimaz dixit ad regem (*David*): Salve Rex -- Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem. *2. Reg. 18. 28. c. 21. per totum*

In te enim (*Dominus*) curram accinctus: in Deo transivimus murum. *Ibid. 22. 30. Vide Isaiam v. 33. 48. & 49. immo etiam psaltes, Item cap. 13. 10. 12. 1. Paral. 14. 10*

Et ecce Propheta unus accedens ad Achab regem Israel, ait ei: Haec dicit Dominus: Certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam eam in manu tua hodie: ut scias, quia ego sum Dominus. *3. Reg. 20. 13. 4. Reg. 3. 18. c. 5. 1. 1. Paral. 22. 18*

Et invocavit (*Asia*) Dominum Deum, & ait: Domitae non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliis, an in pluribus, adjuva nos Domine Deus notter: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem; Zaranque rex in Babylonem exercitum mille millium devicit. *2. Par. 14. 11. cap. 13. 16*

Nonne Aethiopes & Libyes multo plures erant, quadrigis & equitibus, & multitudine nimia, quos, cum Domino credidisses, tradidit in manu tua? (*ait Humani Propheta ad Asam regem Juda.*) *Ibid. 16. 8. Ita 45. 1. Jerem. 18. 17*

Et certe cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eo quod dereliquissent Dominum Deum patrum suorum: in Joas quoque ignominiosa exercere judicia. *Ibid. 24. 24*

Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adjuvare, & in fugam convertere. *Ibid. 25. 8. c. 26. 7. c. 28. 5. 9*

In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. *Psalm. 109. 14*  
*Thesaur. Biblic.* Nn 5 Dextera



Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem. *Psal. 117. 16. Psal. 143. 2.*

Equis paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit. *Prov. 21. 31.*

Erunt enim hoc memoriale nominis tui (Domine) (dicit *Judith*) cum manus femine deiecerit eam (Holofernem). *Judith. 9. 15.*

*Victoria potantur pauci contra multos.*

**Q**uod cum audisset Abraham, captivum videlicet Loth, fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & perfectus est usque Dan, Et divisit focis, irruit super eos nocte: percussitque eos, & perleucus est eos usque Hoba, & Phœnicem, quæ est ad lavam Damasci. (*erat enim quinquæ reges quos percussit.*) *Gen. 14. 14.*

Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus ejus: ne gloriatur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum: *Judic. 7. 2.* Reversi sunt de populo viginti duo milia virorum, & tantum decem milia remanserunt. v. 3. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, due eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixeris tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quem ite prohibuero, revertatur. v. 4. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambauerunt aquas, libero vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum. v. 7.

Dixit autem Jonathas ad adolescentem arripigerum suum: Veni: transeamus ad stationem incircumscilorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis. *1. Reg. 14. 6.* Et facta est passa prima, quæ percussit Jonathas, & arripiger ejus, quasi viginti virorum, in media parte jugeri, quam par boum in die aræ consuevit. v. 14.

Respicientes Judas, vidit instare bellum ex aduerso & post tergum: & clamavit ad Dominum: ac sacerdotis tubis canere coeperunt. Omnesque viri Juda vociferati sunt: & ecce illis clamantibus perterritus Deus Jeroboam, & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia, & Juda. *1. Par. 13. 14.*

Et invocavit (Abi) Dominum Deum, & ait: Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxillis an in pluribus: adjuva nos Domine Deus noster: in te enim & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hæc multitudinem (*Zarannus regem Æthiopiæ cum exercitu mille millium devicit*) *Ibid. 14. 11.* Exterritus itaque Dominus Æthiopes coram Abi & Juda: fugeruntque Æthiopes. v. 12. *1. Mach. 3. 16. 22.*

Ex certe cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eo quod dereliquisset Dominum Deum patrum suorum: in Joas quoque ignominiosa exercere judicia. *Ibid. 24. 24.*

*Post partam victoriam instatur triumphus.*

**C**æsi Madianitis sola virgines reservantur, substantia ex aqua dividitur pueris, & filiis, primitia sacerdoti ac levitis traduntur, gratia Deo cum donariis offeruntur. *Nom. 31. 1.*

Revertente autem Jephthe (a cade Ammonitarum) in Mafpha domum suam, occurrit ei unigenita filia sua, cum tympanis & choris; non enim habebat alios liberos. *Judic. 11. 34.*

Porro, cum revertetur percallo Philisthæo David, (*et ferret caput in Jerusalem*) egressa sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes, in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris. *1. Reg. 18. 6.*

*Victoria genus præstantissimum.*

Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. *Rom. 12. 21.*

## TITULUS X

*Vitis.*

Vitis in sudore vultus paravimus, In sudore vultus tui vesceris pane: *Gen. 3. 19.*

*Vitis largitur Deus hominibus & bestis.*

**D**ixitque Deus ad Adam & Evam: Ecce dedi vobis omnem herbam asserentem semen super terram, & universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam: & cunctis animantibus terræ, omnique volucris cæli, & universis quæ moventur in terra — ut habeant ad vescendum. *Ibid. 1. 29. Conf. Gen. 9. 3.*

Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam: & implet omne animal benedictione. *Psal. 144. 15.*

De vitæ non debemus esse solliciti. *Ibid. 146. 9.*

Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis. *Matt. 6. 21. Idem Luc. 12. 22.*

TL

## TITULUS XI

*Vidua.*

*Vidua benefacturum est.*

**V**idua & pupillo non noceritis. Si leseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, &c. *Exod. 22. 22.*

Non pervertes judicium advenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. *Deut. 24. 17.* Quando messueris fegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non revertaris ut tollas illum: sed advenam, & pupillum, & viduam altere patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum: v. 19. *Vide & Cap. 16. 14.*

Quando compleris decimam cunctarum frugum tuarum: anno decimam tertio, dabis Levitæ, & advenæ, & pupillo, & viduæ, ut comedant intra portas tuas, & saturentur. *Ibid. 26. 12.*

Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ, & dicit omnis populus: Amen. *Ibid. 27. 19.*

Animus pupillorum abegerant, & abstulerunt pro pignore boyeth viduæ. *Job. 24. 3.*

Si negavi, quod volebant, pauperibus, & oculis viduæ expectare feci. *Ibid. 31. 16.*

Viduam ejus benedicens benedicam. *Ibid. 31. 15.*

In judicando esto pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater. *Eccli. 4. 10.*

Principes tui inpedes, focii surum, omnes diligunt auera, sequuntur retributiones. Pupillo non judicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos. *Ibid. 1. 2. Vide & v. 17. Jerem. 5. 28.*

Hæc dicit Dominus: Facite judicium & justitiam, & liberate vii oppressum de manu calumniatoris: & advenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis inique: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. *Jerem. 22. 8.*

Et viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari: & malum viri fratri suo non cogitet in corde suo. *Zach. 7. 10.*

Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniant mercedem mercenarii, viduas, & pupillos: & opprimunt peregrinum, nec timebunt me dicit Dominus exercituum. *Malach. 3. 5.*

Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocrite: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. *Matt. 23. 14. Marc. 12. 40. Luc. 20. 47.*

Viduas honora, quæ vere viduæ sunt, &c. *1. Tim. 5. 3.* Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non gravetur ecclesia: ut iis quæ vere viduæ sunt, sufficiat. v. 16.

Religio munda & immaculata apud Deum — hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc faculo. *Jacob. 1. 27.*

*Viduas pias quid docent.*

**E**rat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus & mensibus sex, &c. *Judith. 8. 4.* (*Judith virtutibus non vestibus ornari studuit.*)

Et hæc vidua (*Anna*) erat usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die. *Luc. 2. 37.*

Viduas honora: quæ vere viduæ sunt. *1. Tim. 5. 3.* Quæ autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est. v. 5. *Vide & Tit. 2. 3.*

## TITULUS XII

*Vigilantia.*

*Vigilandum. Vide Adventus Domini.*

*Vigilare de Deo dicitur, dum in id quod proposuit seculo incumbit, vel in misericordia vel in iudicio.*

**E**T factum est verbum Domini ad me (*Jeremiam Propheta*) dicens: Quid tu vides Jeremiam? Et dixi: Virum vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illum. *Jerem. 1. 11.*

Et sicut vigilavi, (*inquit Deus*) super eos ut evellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & assererem: sic vigilabo super eos, ut ædificem, & plantem, ait Dominus. *Ibid. 31. 28.*

Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & confumentur omnes viri Juda, &c. *Ibid. 44. 27.*

*Vigilantia pias omnibus, sed Pastoribus in primis necessaria, ad malum declinandum.*

**Q**uam vigilantem fuerit Jacob in servitio Laban, restans eis his verbis: Die noctique æstu urebar & geli, fugiebatque somnus ab oculis meis. *Gen. 31. 40.*

Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. *Matt. 26. 41.*

Na. 6

Ebs.



Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, [vigilaret utique, & non ficeret perfoli domum suam. *Luc. 12, 39*

Vigilate itaque, omni tempore orantes. *Ibid. 21, 36*  
Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Evigilate iusti & nolite peccare. *1. Cor. 10, 12. c. 13, 34*

Sobrii estote, & vigilate: quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quatenus quem devoret. *1. Petr. 5, 8*

Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. *Apor. 3, 3*  
*Bonum conservandum.*

Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. *Prov. 4, 23*  
Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad me, invenient me. *Ibid. 81, 17*

Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. *Ibid. v. 34*

Vigilia honestatis tabefaciet carnes. *Ecclesi. 31, 1*

Qui vigilaverint ad illum (Dominum), invenient benedictionem. *Ibid. 32, 18*

Vigilate, stete in fide, viriliter agite, & confortamini. *1. Cor. 16, 13*

Orationi intate, vigilantes in ea in gratiarum actione. *Coll. 4, 2*  
*Indiferentia.*

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. *Matt. 24, 42*

Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. *Ibid. 5, 13*

Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. *Marc. 13, 33*

Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat, sero, an malis nocte, an galli cantu, an mane) ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. *Ibid. v. 35*

Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate. *Ibid. v. 37*

Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenierit vigilantes, &c. *Luc. 12, 37*

Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. *Ibid. 12, 40*

Tu vero vigila, in omnibus labora: opus fac Evangelizate. *2. Tim. 4, 5*

Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque prudentes & vigilate in Oracionibus. *1. Petr. 4, 7*

Ignit non dormiamus, sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus. *1. Thess. 5, 6*

Beatus qui vigilat, &c. *Apor. 16, 15*

## TITULUS XIII.

Vinifica.

Vinifica sibi Deo, eiusque ministerii ne magistratui commissa, unde & aliis est prohibita.  
Non queras ultionem, nec memor eris injuriarum civium tuorum. *Levit. 19, 18. Gen. 15, 14. Jerem. 51, 26*

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum: iuxta est dies perditionis, & accessu festinant tempora. *Deut. 32, 35*

Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum & humiliabit omnes gentes, quacumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster. *Judith. 8, 20*

Vae genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, & in die iudicii visitabit illos. *Ibid. 16, 20*

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum. *Isai. 7, 7*

Quoniam requiris sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum. *Ibid. 9, 13. Prov. 17, 11*

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. *Ibid. 93, 1*

Ne dicas: Reddam malum (pro malo), expecta Dominum, & liberabit te. *Prov. 20, 22*

Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam unicuique secundum opus suum. *Ibid. 24, 29*

Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocent te: & tunc deprecanti tibi peccata solventur. *Ecclesi. 28, 1*

Hac dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecit Idumæam ultionem, ut se vindicaret de filiis Juda, peccavitque delinquens, & vindictam expectavit de eis, &c. *Ezech. 25, 12*. Et dabo ultionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel: & facient in Edom iuxta iram meam, & iustitiam meam: & scient vindictam meam, dicit Dominus. *v. 14*

Deus amulator, & ulciscens Dominus: ulciscens Dominus, & habens iramorem: ulciscens Dominus in hostes tuos, & irascens ipse inimicis tuis. *Nahum 1, 2*

Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, &c. *Matt. 5, 39*

Cum viderent autem discipuli ejus Jacobus & Joannes; (Samaritanos Christum male respicere) dixerunt: Domine, vis, dicimus ut ignis descendat de celo, & consumat illos?

Et

Et conversus (Christus) increpavit illos, dicens: Nescitis cujus Spiritus estis, &c. *Luc. 9, 54*  
*1. Cor. 6, 7*

Ait autem Dominus: Audite, quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. *Ibid. 18, 6*

Non volentes defendentes carissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim: Mihi vindictam: ego retribuam, dicit Dominus. *Rom. 12, 19. Idem Heb. 10, 30. verbatim habetur.*

Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in invicem, & in omnes. *1. 2. Thess. 7, 15. Prov. 17, 13*

Alexander ariarius multa mala mihi offendit: reddet illi Dominus secundum opera ejus: quem & tu devota: valde enim refilit verbis nostris. *2. Tim. 4, 14. Jac. 5, 5*

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedictes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. *2. Petr. 3, 9*

Et clamabant (anima interfectorum subus altare) voce magna, dicentes: Ufquequo Domine (sanctus & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? *Apor. 6, 10*

## TITULUS XIV.

Vinea.

Vinea vulgaris &amp; mystica.

Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantavit vineam. *Gen. 9, 20*

Ingressus vineam proximam tui, comedere uvas quantum tibi plauserit: foras autem ne alteras tecum. *Deut. 23, 24*

Cantabo dilecto meo canticum patrielis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. &c. *Isa. 5, 1. Jer. 2, 21*

Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu ejus mille argenteos. Vinea mea coram me est. *Cant. 8, 11*

Simile est regnum calorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. *Matth. 20, 1*

Aliam parabolan audite: Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificavit turrim, & locavit eam agricolis, & pègre profectus est. *Ibid. 21, 33. Idem Marc. 12, 1. habetur verbatim. Idem Luc. 20, 9*

## TITULUS XV.

Vinum.

Vini abusus quem noxius.

Luxuriosa res, vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. *Prov. 20, 1*

Cui va? cuius patri va? cui rixæ? cui foveæ? cui fine causa vulnera? cui suffragio oculo- rum? nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? *Ibid. 23, 29*

Ne intuearis vinum quando stavebit, cum splenderit in vitro color ejus: ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amissis clavibus: & dices: Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, & ego non fessi; quando evigilabo, & rursus vina reperiam? *Ibid. v. 31*

Noli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas: & ne forte bibant, & obliviscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperum. *Ibid. 31, 4*

Vae, qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino aduertis. *Isa. 5, 11*

Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Ephes. 5, 18*

Non deceat esse episcopum vinolentum. *1. Tim. 3, 3. Idem 1. Timoth. 3, 3*

Anus similiter — non multo vino ferventes stas, sed bene docentes: &c. *Ibid. 2, 3*

*Pauculo & modico vino utendum.*

Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachum tuum, & frequenter tuas infirmitates. *1. Tim. 5, 23*

*Vinum figurate sumitur, pro altibus humanis.*

Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. *Deut. 32, 33*

Comedunt panem impericatis, & vinum iniquitatis bibunt. *Prov. 4, 17*

Argentum tuum versum est in scorian: vinum tuum mistum est aqua. *Isa. 1, 23*

Offendisti (Deus) populo tuo dura; potasti nos vino compunctionis. *Ps. 59, 5*

T I.



Vir.

Viri uxores suas diligere debent.

**V**iri, diligite uxores vestras; sicut & Christus dilexit Ecclesiam, *Ephes. 5. 25. Idem repetitur ibidem v. 28. Item v. 35.*  
 Viri, diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas, *Coloss. 3. 19.*  
 Viri similes cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impetientem honorem, tanquam & coheredibus gratia vitæ. *1. Pet. 3. 7.*

## TITULUS XVII.

Virgo.

Virginitas commendatur.

**S**unt enim Eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi qui seiplos castraverunt propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat. *Matth. 19. 12.*

De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. *1. Cor. 7. 25.*  
 Et mulier inupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt; ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. *ibid. v. 34.*  
 Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coïnquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. *Apost. 14. 4.*

Virginitas præfertur conjugio.

**I**gitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. *1. Cor. 7. 38.* Beatior autem erit si sic permanferit secundum meum consilium: puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. *v. 40.*

Virgines servantur.

**E**rgo eunuchos interficite (ait Moyses principibus exercitus Israel contra Madianitas) quidquid est generis masculini, etiam in parvulis: & mulieres, quæ noverunt viros in coitu, jugulate: puellas autem & omnes feminas virgines, servate vobis: & manete extra castra septem diebus. *Numer. 31. 17.*

Virgines olim ut mure conclusæ.

**A**cinctæque mulieres ciliis pectus, per plateas consuebant: sed & virgines, quæ conclusæ erant, procurabant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quadam per fenestras aspiciabant: universæ autem protendentes manus in calum deprecabantur. *2. Mach. 3. 19.*

## TITULUS XVIII.

Visitatio.

Visitare &amp; consolari infirmos seu egros ejus misericordie.

**H**is ita transactis, nuntiatum est Joseph, quod agrotaret pater suus (Jacob); qui, assumptis duobus filiis, Manasse, & Ephraim, ire percessit. *Gen. 48. 1.*  
 Porro Ochozias filius Joram, rex Juda, descendit iuvare Joram filium Achab in Jezrahel, quia agrotabat ibi. *4. Reg. 8. 29.*  
 Eliseus autem agrotabat infirmitate, eua & mortuus est, descenditque ad eum Joas rex Israel, & sedit coram eo, dicebatque: Pater mi, Pater mi curus Israel, & auriga ejus. *ibid. 13. 14. Job 2. 11.*

Domini opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. *Psal. 40. 4.*

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. *Eccles. 7. 38. c. 38. 13.*

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii; in illa enim finis cunctarum admoventur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit. *Eccles. 7. 3. Rom. 12. 15.*  
 Hospes eram & collegistis me: (inquit Christus) nudus & cooperuistis me: infirmus & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. *Matth. 25. 35.*

Tunc (in die iudicii) respondebunt ei iusti, dicentes: Domine quando te vidimus. — hospitem & collegium te? — infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? *ibid. v. 33.* Et respondens rex, dicit illis: Amen dico vobis, quædam fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis. *v. 40. Joan. 11. 3. c. 12. 9. 2. Cor. 1. 4.*

Visere sanctos desiderabat Paulus.

**D**esidero enim videre vos, ut aliquid imperetis vobis gratia spiritualis ad confirmandos vos. *Rom. 1. 11.*

Deus ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & resignet vobiscum. *ibid. 7. 28.*  
 Nunc

Nunc vero alterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos, ex multis jam præcedentibus annis. *Rom. 15. 23.*  
 Vellem esse apud vos modo, & mutare vocem meam; quoniam confundor in vobis. *Gal. 4. 20.*  
 Nos fratres, desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre, cum multo desiderio. *1. Thess. 2. 17.*

## TITULUS XIX.

Vina.

Vina solum ad quam regulam sit instruenda.

**I**n sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es; quia pulvis es, & in pulverem reverteris. *Gen. 3. 19.*  
 Apparuit ei Dominus (Abraham) dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens ambula coram me, & esto perfectus. *ibid. 17. 1. Vide & Pl. 14. totum.*

Sex enim diebus fecit Dominus caelum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: & requievit in die septimo, itcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificavit eum. *Exod. c. 30. v. 11.*

Ego enim sum Dominus Deus vester: sancti estote, quia ego sanctus sum. *Lev. 11. 44.*  
 Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad omnem coetum filiorum Israel, & dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. *ibid. 19. 1. Idem c. 20. 7. virginitas habetur.*

Eratis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei. *ibid. 20. 26.*

Sint ergo sancti, quia & ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos. *ibid. 21. 8.*

Quis ascendit in montem Domini? — innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino — hoc est generatio quærentium — faciem Dei Jacob. *Psal. 23. 3.*

Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquæ homini pacifico. *ibid. 36. 37.*  
 Deum time, & mandata ejus observa — & cuncta quæ sunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum illud sit. *Eccles. 1. 13.*

Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est. *Matth. 5. 48.*

Omnia ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hac est enim lex & Propheta. *ibid. 7. 12. Vide item Tob. 4. 16. & Luc. 6. 31.*

Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inventeris requiem animabus vestris. *ibid. 11. 29.*

Phariseæ caecæ, munda prius quod intus est cæcis & parophsidis — *ibid. 23. 26.* vos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocritæ & iniquitate. *v. 28.*

Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est, & vos facite illis. *Sec. Luc. 6. 36.*

Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. *Joan. 12. 26.*

Si ergo lavi pedes vestros, Dominus, & magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. *ibid. 13. 14. Vide & v. 34.*

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. *ibid. 15. 12. c. 21. 17.*

Contempsit enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. *Rom. 6. 4.*

Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant. *ibid. 8. 1.*

Sed indidmini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideris. *ibid. 13. 14. Vide totum.*

Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad edificationem. *ibid. 15. 2.*

Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: in gloriam Dei facite. *1. Cor. 10. 31.*

Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, &c. *ibid. 7. 20.*

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficentes sanctificationem in timore Dei. *2. Cor. 7. 1.* Capite nos. Neminem ladimus, neminem corrumpimus, neminem circumvenimus. *v. 2.*

(Deus) elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate. *Ephes. 1. 4.*

Obsecro itaque vos ego vinculus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, &c. *ibid. 4. 1.* Renovamini autem spiritu mentis vestre, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. *v. 23. Vide totum caput.*

Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, &c. *ibid. 5. 1.*

Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei, &c. *ib. v. 17.*

Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate. *Coloss. 2. 6.*

Noli.



Nolite mentiri invicem; expoliantes vos veterem hominem cum acibus suis, & induentes novum, &c. *Coloss. 3. 9.* Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam; supportantes invicem. *v. 12.* Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. *Ibid. 3. 17.*

Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione; & sciat unicusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore. *1. Thess. 4. 3.* Rom. 12. 2. Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegares impietatem, & secularia desideria, sobria, & iuste, & pie vivamus in hoc sæculo. *Tit. 2. 11. c. 3. 8.* Heb. 12. 2. *1. Pet. 1. 15. c. 4. 1. c. 2. c. 3. 17.* Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum &c. *Heb. 12. 14.* Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. *Jac. 3. 13.*

*Hortatur Apostolus Petrus ut tamquam peregrini ab omnibus mundanis abstineant, superiores ebrietas perent, afflictiones ad Christi imitationem. 1. Pet. 2. 16. c. 2. 17. c. 4. 2.*

Quales oportet vos esse in sanctis conversationibus & pietatibus, expectantes & propeccantes in adventum diei Domini? *2. Pet. 3. 11.* Saragite immaculati & inviolati ei inveniri in pace. *v. 14.* Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, & sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato. *1. Joan. 1. 7. 2. Pet. 1. 4.* Qui dicit se in ipso (Christo) manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. *1. Jo. 2. 6.*

*Ergo vivamus Deo, non sibi.*  
Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. *Rom. 14. 7.*  
Et pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipse mortuus est, & resurrexit. *2. Cor. 5. 15.*  
Vivo autem jam non ego: vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Galat. 2. 20.* Vide & *1. Pet. 4. 2.*  
Qui (Christus) mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, sine eum illo vivamus. *1. Thess. 5. 10.*

*Vita Eminentia.*

Sicut enim fuit sensus vester, ut curaretis a Deo: decies tantum iterum convertentes requiritis eum. *Baruch 4. 28.*  
Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditie, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitie in sanctificationem, &c. *Rom. 6. 19.* Vide *1. Jo. 2. 11.*

*Vita longa Mandatorum Dei observantibus promissa.*

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram. *Exod. 20. 12.* Item *Matth. 5. 4.* *Ephes. 6. 2.*  
Custodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. *Lev. 28. 5.* *cap. 25. 19.* *Deut. 6. 17.* item *Ezech. 20. 12.*  
Pondus habebis justum & verum, & modus equalis & verus erit tibi: ut multo vivas tempore super terram, &c. *Deut. 25. 15.*  
Si autem ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea -- longos faciam dies tuos. *3. Reg. 3. 14.* Item *Prov. 3. 2.*  
Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutatem meam. *Ps. 90. 16.* Vide & *Prov. 4. 3.* item *c. 9. 11.* *Gal. 3. 12.*  
Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breviabuntur. *Prov. 10. 27.*  
Fructus justitiae, lignum vite. *Ibid. 11. 10.* *Luc. 10. 28.*  
Qui autem odia avaritiam, longi fiunt dies ejus. *Ibid. 28. 16.* *Rom. 10. 5.*  
Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. *Matth. 19. 17.*  
Qui mundana propter Deum relinquit, recipiet in sæculo venturo vitam æternam. *Luc. 18. 30.* *Joan. 10. 28.*

Ut omnis, qui credit in ipsum (Christum), non pereat, sed habeat vitam æternam. *Joan. cap. 3. v. 15.* Vide *Ibidem v. 36.* eadem verba & *cap. 4. 14.* & *cap. 5. 24.* *Joan. 11. 25.* *c. 20. 31.* *1. Joan. 5. 13.*  
Pater (qui est Christus) dat vitam mundo. *Ibid. 6. 33.* vide *v. 40. 54.*  
Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Ibid. 12. 25.*

Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, sicut vero vitam æternam. *Rom. 6. 22.*  
Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod repro-misit Deus diligentibus se. *Jac. 2. 5.* *1. Joan. 1. 25.* *Judæ v. 21.* *1. Pet. 1. 4.*

*Vita*

*Vita æterna significatur ex gratia tanquam pater, & ex merito tanquam mater.*

Omnia misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. *Ecclesi. 16. 15.*  
Merces vestra copiosa est in calis. *Matth. 5. 12.*  
Et omnis qui reliquerit domum, &c. vitam æternam possidebit. *Ibid. 19. 29.*  
Conventio autem facta cum operariis ex denario diurno. *Ibid. 20. 2.* Item *Matth. 25. 14.* *de quoque talis est parabola.*

Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum, &c. Esurivi enim, & deditis mihi manducare, &c. *Ibid. 25. 34.*  
Quia super pauca fuistis fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. *1. Jo. 3. 2.*  
Dignus est enim operarius mercede sua. *Luc. 10. 7.* *Pl. 61. 13.*  
Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. *Rom. 4. 4.*

Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. *1. Cor. 3. 8.*  
Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes. *Coloss. 1. 10.*  
Ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. *2. Thess. 1. 5.*  
Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se. *Jac. 1. 12.*  
Stipendia enim peccati moisi. Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro. *Rom. 6. 23.*

*Vita antea memoria hæud inutilis.*

Memento quod & ipse servieris in Ægypto, & eæxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, &c. *Deut. 5. 15.*  
Et recordaberis quoniam servus fueris in Ægypto: custodietque ac facies quæ præcepta sunt. *Ibid. 16. 2.*

Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non honorum: & displicebunt vobis iniquitates vestre, & scelerata vestra. *Exech. 36. 31.* Vide & *Joan. 4. 29.* *Act. 22. 4.* *c. 26. 10.* *Rom. 6. 17.*

Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, immo cogitasti sitis a Deo, non ad pristina revertimini, sed gratias agite Deo. *Gal. 4. 8.* *Ephes. 2. 1. & 11.*

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulato -- in omni bonitate, & justitia & veritate, &c. *Ephes. 5. 8.* *Coloss. 1. 21.* *Tit. 3. 3.* *1. Pet. 2. 10.*  
Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. *1. Pet. 2. 25.* Vide & *c. 4. 3.*

*Vita humana brevis & vanitas.*

IN sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem revertaris. *Gen. 3. 19.*  
Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur: nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat qui abjectus est. *2. Reg. 14. 14.*  
Peregrini enim fumus coram te (Domine), & adventæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. *1. Par. 19. 15.*  
Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? *Job 3. 20.*  
Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, dies ejus. *Ibid. 7. 1.* Vide *1. Reg. 3. 20.*

Dies mei velociter transierunt; quam a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. *Ibid. v. 6.*  
Hæsterni quippe fumus, & ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. *Ibid. 8. 9.*

Etiam si simplex fuerit, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vita mea. *1. Jo. 2. 11.*  
Et si simplex fuerit, vae mihi est: & si justus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria. *Ibid. 10. 15.*

Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. *1. Jo. 13. 28.*  
Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. *Ibid. 14. 1.*  
Breves dies hominis sunt, numerus mensium apud te est: constituiti terminos ejus, qui prateriri non poterunt. *Ibid. v. 7.*

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te. *Ps. 38. 6.*  
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus. *Ibid. 89. 9.*  
Defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremum amiserunt. *Ibid. 101. 4.* Dies mei sicut umbra declinaverunt, & ego sicut senum arui. *v. 12.*  
Homo, sicut senum, dies ejus: tanquam flos agri sic efflorescit. *Ibid. 102. 14.*  
Sicut umbra cum declinat, ablatum sum, & excullus sum sicut locustæ. *Ibid. 103. 23.*  
Homo vanitati similis factus est: dies ejus sicut umbra prætereunt. *Ibid. 143. 4.*  
Ne gloriaris in crassum, ignorans quid superventura parat dies. *Prov. 27. 1.*

Cun-



Quinti dies ejus (hominis), doloribus & arumis pleni sunt; nec per noctem mente re-  
quiescit: & hoc nemo vanitas est? *Ecclesi. 2. 23*  
Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in ea. *Ibid. 3. 10*  
Quid necesse est homini majora se querere, cum ignoret quid conducatur sibi in vita sua,  
numero dierum peregrinationis suae, & tempore quod velut umbra praeterit? Aut quis ei po-  
terit indicare quid post eum futurum sub sole sit? *Ibid. 7. 1*  
Umbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri: quoniam confi-  
gnata est, & nemo revertitur. *Sap. 2*  
Transierunt omnia illi tanquam umbra, & tanquam nuntius perituros. *Ibid. 7. 9*  
Nemo est qui semper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam. *Ecclesi. 9. 1*  
Omnis caro sicut fenum veterascet, & sicut solium fructificans in arbore viridi? *Ecclesi. 1. 18*

cap. 17. 31

Numerus dierum hominum, ut multum centum anni: quasi gutta aquae maris deputati sunt:  
& sicut calculus arenae, sic exigui anni in die aevi. *Ibid. 18. 8. c. 40. 6*  
O mors quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis? &c.

Ibid. 4. 1

Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si ti-  
merimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. *Tobi. 4. 23*  
Vox dicentis: Clama. Et dixit: Quid clamabo? Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus  
quasi flos agri. *Ibid. 4. 6. Idem 1. Pet. 1. 24*

Homo dicit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & majora faciam; & illic congre-  
gabo omnia quae nata sunt mihi, & bona meae, & dicam animae meae: Anima, habes multa  
bona posita in annos plurimos: bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte  
animam tuam repetet a te: quae autem parasti, cuius erunt? *Luc. 12. 18*

Id enim quod in praesenti est momentaneum. *2. Cor. 4. 17*  
Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. *Heb. 13. 14*  
Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. Dives autem in humilitate sua, quo-  
niam sicut flos feni transibit. *Jac. 1. 9*  
Quae est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens. *Ibid. 4. 15*

Vitam pro fratribus ponere.  
**L**iber Mardochai ac reliquorum Judaeorum ab periculo isse interitum. Esther autem ut iuxta Mar-  
dochai neci Judaeorum occurrat, non vocata ad regem cum vasa periculo ingreditur, & subit cum  
seipso viduo orati, idem isse faciente. *Esther 4. 1*  
Ecce ad Deum orationis Judaeis precibus caput obit sollicitis, quod ad concivis Bethulia essentem,  
eos ad gratiarum actionem hortatur, isse vero ab omnibus benedictum. *Judith 13*  
Majorem hanc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.  
*Joan. 15. 13*

In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos  
debemus pro fratribus animas ponere. *1. Joan. 3. 16*

## T I T U L U S XX.

Unanimitas. Vide & Concordia.  
Commendatur haec Virtus.

**O**besco autem vos fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis  
omnes, & non sint in vobis schismata: suis autem perfecti in eodem sensu, & in e-  
dem sententia. *1. Cor. 1. 10*  
Stabitis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii. *Philipp. 1. 27. Ephes. 4. 5.*  
*Philip. 2. 2. 1. Pet. 3. 18*

Multitudinis autem crescentium erat cor unum, & anima una. *Act. 4. 31. Vide & Act. 2. 46.*

## T I T U L U S XXI.

Utilitas

Unigeniti, extrema Sacramentum.

**I**nfirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, & orem super eum, ungentes eum  
oleo in nomine Domini, &c. *Jac. 5. 14*

Et exeuntes praeiabant ut poenitentiam agerent; & camonia multa efficiebant, & unge-  
bant oleo multos aegros, & sanabant. *Marc. 6. 12*

## T I T U L U S XXII.

Vocatio

Vocatio Gentium. Vide Gentium vocatio.

Vocationi propriae festulo inferuntur.

**S**icut avis transigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. *Proo. 27. 8*  
Ambulante Jesu in via dixit quidam ad illum: Sequar te, quocumque ieris. Dixit illi Je-  
sus:

sus: Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos: Filius autem hominis non habet ubi ca-  
put reclinet. Ait autem ad alterum: sequere me, ille autem dixit: Domine, permitte mihi  
primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Jesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos  
fidei: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine, sed per-  
mitte mihi primum renuntiare his quae domi sunt. Ait ad illum Jesus: Nemo mittens ma-  
num suam ad aratrum, & respiciens retro, apuus est regno Dei. *Luc. 9. 57*

Unusquisque sicut vocavit eum Deus, ita ambulet. *1. Cor. 7. 17*  
Unusquisque in quo vocatus est fratres, in hoc permaneat apud Deum. *Ibid. 9. 24*  
Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & ele-  
ctionem faciat: &c. *1. Pet. 1. 10*

## T I T U L U S XXIII.

Voluntas

Voluntas vestra accommodanda est voluntati divinae. Vide & Anegetis, & Cor,  
& Rehenatio in divina voluntatem.

**I**ndicavit itaque ei Samuel (Ipsi) universos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille re-  
spondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. *1. Reg. 3. 18*

Elo vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri: Dominus autem  
faciet quod bonum est in conspectu suo. *2. Reg. 10. 12. c. 15. 20*

Sicut autem fuerit voluntas in celo, sic fiat. *1. Mach. 3. 60*

Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. *Matth. 6. 10*

Et prognus pusillum (Jesu) prociat in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si pos-  
sibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut egovolo, sed sicut tu vis. *Ibid. 26. 39*

Idem Marc. 14. 36. Habetur. Idem Luc. 22. 42

Et cum ei (Agabo propheta Juda) scire non possemus, quiescimus, dicentes: Domini vo-  
luntas fiat. *Act. 21. 14*

Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. *Heb. 6. 38. Idem Jac. 4. 15. Si Dominus volue-  
rit; & si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. 1. Cor. 4. 19*

Voluntas Dei.

**N**on omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui  
facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

Matth. 7. 21

Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est: ipse meus frater, & so-  
ror, & mater est. *Ibid. 12. 50. Idem habetur arabico. Marc. 3. 35*

Hae est enim voluntas ejus, qui misit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non  
perdam ex eo: sed resuscitem illud in novissimo die. *Joan. 6. 39. Ephes. 5. 17*

Et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis  
equae sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. *Rom. 12. 2*

Hae est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione; ut sciat  
unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore. *1. Thim. 4. 3*

Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit pro-  
pter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. *2. Pet. 3. 9*

Et mundus transiit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in  
aeternum. *1. Joan. 2. 17*

Voluntas Dei non est ut aliquis pereat.

**N**unquid voluntatis meae est mors impii, dicit Dominus, & non ut convertatur a viis  
suis, & vivat? *Ezech. 18. 13*

Hae est enim voluntas ejus qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi non perdam  
ex eo: sed resuscitem illud in novissimo die. *Joan. 6. 39*

Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult  
filios fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *1. Tim. 2. 4. Ezech. 33. 11*

Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit pro-  
pter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. *2. Pet. 3. 9*

Voluntatem pro opere acceptat Deus.

**D**ixitque ad eum (Abimelech) Deus: Et ego scio quod simplici corde feceris: & ideo cu-  
stodivi te ne peccares in me, & non dimisi ut tangeres eam (Saram.) *Gen. 20. 6. Vide  
Abimelech 4. 3*

Dixitque ei (scilicet angelus Domini ad Abraham) Non extendas manum tuam super puer-  
rum, neque facies illi quidquam: nunc cognovi quod times Deum, & non peperisti unige-  
nito filio tuo propter me. *Ibid. 22. 12*

Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam He-  
tham percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio  
filiorum Ammon. *2. Reg. 15. 9*

Vulpes carnis. Vide Concupiscentia.



Votum.

Votum exemplum.

**J**acob, vadens ad domum Laban avunculi sui post offeram sibi a Domino visonem, Vovit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimenta ad induendum, reverentiam fuero proptere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexit in titulum, vocabitur domus Dei; cunctorumque quae dederis mihi, decimas offeram tibi. Gen. 28. v. 20.

Rex Arad --- pugnavit contra illum (Israel) & victor existens, duxit ex eo pradam. At Israel, voto fe obligans ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus. Exaudivitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananzum, quem ille interfecit submerfis urbibus ejas: & vocavit nomen loci illius Horma, id est, Anathema. Num. 21. 1.

Pugnaturus Jephthe contra filios Ammon, Votum vovit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meae, mihi que occurrerit reverenti cum pace a Filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Judic. 11. 30.

Cum esset Anna amaro animo oravit ad Dominum, flens lagiter, & votum vovit, dicens: Domine exercituum, si respiciens — dederis que servavi tui sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vite ejas, & novacula non ascendet super caput ejus. 1. Reg. 1. 10.

Asafum cuius rebellare patri suo Davidi, dixit ad eum: Vadam, & reddam vota mea, quae vovi Domino in Hebron. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gethar Siriz, dicens: Si reducerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. 2. Reg. 15. 8.

Rex Asa perselus erat coram Domino: Et intulit ea, quae sanctificaverat pater suus, & voverat in domum Domini, argentum, & aurum, & vasa. 3. Reg. 15. 15. Item extat de Salomone. 2. Par. 5. 1. Item & c. 15. 18.

Latatque eel populus, cum vota sponte promitteret: quia corde toto eserebat ea Domino: sed & David rex letatus est gaudio magno. 2. Par. 29. 9.

Sed & Filii Israel & Juda — obtulerunt decimas boum — quae voverant Domino Deo suo. Ibid. 31. 6.

Rex Attaraces precepit Esdra & populo, ne serrent munera Domino Deo Israel, quae voverant. 3. Esdr. 8. 14.

Omnis populus post victoriam venit in Jerusalem adorare Dominum: & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, vota, & promissiones suas. Judic. 16. 22.

Inquitur de his, qui erant in navis, ubi fuit Jonas propheta, Et timerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hostias Domino, & voverunt vota. Jona 1. 16.

Heliodorus autem (virute divina graviter punitus, sanatus per orationem Ovis) hostia Deo oblata, & votis magnis promissis — repedabat ad regem. 2. Mach. 5. 35. Vide simile de Austroche c. 9. 15.

Beata virgo Maria virginitatem novisse videtur ex hoc capite, quod ait ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc. 1. 34.

Qui sibi totoderat (Paulus) in Cenchris caput: habebat enim votum. Act. 18. 18. Vide idem. Creditur votum & impium fecerunt illi Judaei, qui accedentes ad principes sacerdotum dixerunt: ne manducaturus, neque bibituros, donec occiderent Paulum. Ibid. 23. 12.

equi Vota servapla ac reddenda.

**L**ocutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & sponderit Deo animam suam, sub astimatione dabit pretium, & c. Lev. 27. 1.

Loquere ad filios Israel (ait Dominus ad Moysen) & dices ad eos: Vir, sive mulier, cum fecerit votum ut sanctificentur, & se voluerit Domino consecrare: a vino & omni quod inebriare potest, abstinere, & c. Num. 6. 1. per totum caput.

Actus de voto ac iuramento virorum, & quando puellarum & uxorum vota seu iuramenta rata sunt vel irrita. Ibid. 30.

Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Deut. 23. 21.

Vota mea reddam (Deo) in conspectu timentium eum. Psal. 21. 26.

Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Ibid. 49. 14.

Reddam vota mea de die in diem. Ibid. 60. 9. & 67. 13.

Vovete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus assertis munera. Ibid. 75. 12.

Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed

sed quodcumque voveris, redde. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. Eccles. 5. 3.

Si quis illis (ait argenteis) votum voverit, & non reddiderit: neque hoc requirunt. Bar. 6. 34.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi (Deo) quaecumque vovi, reddam pro salute Domini. Jona 2. 10.

Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se, & c. Act. 21. 23.

**D**ixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc. 1. 34.

Non sine damnatione violatur.

**C**UM enim luxuriata fuerit in Christo, nubere colunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 1. Tim. 5. 12.

Votum implari non implendum. Vide Iuramentum.

TITULUS XXV.

Usura. Vide & Feneratio.

Usura est prohibita.

**S**I pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Exod. 22. 25.

Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi advenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Levitic. 25. 35.

Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: sed alieno. Deut. 23. 19.

Usuramne singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversus eos conacionem magnam (ait Nithemias). 2. Esdr. 5. 7.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit (glorificans eum Deus). Psal. 14. 5.

Qui calumniatur divitem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditioni, & egebit. Prov. 22. 16.

Qui concervat divitias usuris, & fenore liberali, in pauperes congregat eas. Ibid. 28. 8.

Vae mihi, mater mea: quare genuisti me virum rixae, virum discordiae in universa terra? non feneravi, nec feneravit mihi quisquam: omnes maledicant mihi. Jerem. 17. 10.

Qui ad usuram non commodaverit, & amplius non accepit: ab iniquitate averterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in preceptis meis ambulaverit, & iudicia mea custodierit ut faciat veritatem: hic iustus est, & vita vivet, ait Dominus Deus. Ezech. 18. 8.

Ad usuram dantem, & amplius accipientem: numquid vivet? non vivet: cum universa haec detestanda fecerit, morte morietur, sanguis ejus in ipso erit. v. 13.

Munera accipientur apud te ad effundendum sanguinem: usuram & superabundantiam accepisti, & avare proximos tuos calumniabaris: meique oblita es (Jerusalem) ait Dominus Deus. Ibid. 22. 12.

Et si mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere: quae gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant aequalia. Luc. 6. 34.

Mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa apud Deum. Ibid. v. 35.

Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid alicui defraudavi, reddo quadruplum. Ibid. 19. 8.

TITULUS XXVI.

Uxor.

Uxor non remore relinquenda.

**O**mnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Marc. 5. 32. Item Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. 1. Cor. 7. 10. Deut. 22. 19.

Uxoris Officium.

**M**ulierique quoque dixit (Deus): Multiplicabo arummas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Gen. 3. 16.

Sara uxor Abrahae obediebat marito, & Dominum eum vocabatur. Ibid. 18. 12. 1. Pet. 3. 6.

Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit iuramento: quo die audiverit vir; & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat. Num. 30. 7. Sin autem exemplo contraherit (Maritus), non tenetur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus eis propitius erit. v. 13.

Non induatur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit haec. Deut. 22. 5. Esther 1. per totum.

Et